

O ASCULTARE DE MARTORI ȘI REALITĂȚI BĂNĂȚENE ÎNTR-UN DOCUMENT DIN 1539*

*Adrian Magina***, *Livia Magina****

Cuvinte cheie: *Banat, 1539, familii nobile, dispută pentru proprietate.*
Keywords: *Banat, 1539, noble families, dispute over properties.*

A hearing and Banatian realities in a document from 1539 (Abstract)

This study tries to capture some realities of Banat in the first half of the sixteenth century through a hearing from 1539. The hearing was held at the request of King John Szapolyai, in the lawsuit between noble families Vayda and Fodor for the estates Domașnea and Cornereva. Beyond the formal aspects involved in a lawsuit based on the oral testimony, recorded here in written form, document highlights property relations in the world of Banat's nobility.

În anul 1539 nu s-a petrecut nici un eveniment decisiv în istoria Banatului. Problema majoră a regiunii continua să fie aceeași: insecuritatea generată de amenințarea turcească. Aspectul, deși resimțit în provincie, nu afecta peste măsură viața de zi cu zi, consemnată ca atare în actele epocii. Printre acestea se numără și documentul de față, o ascultare de martori în privința disputei dintre două familii nobiliare pentru posesiunile Domașnea și Cornereva. Ascultările de martori sunt în general surse importante pentru analiza unei probleme sau a unui eveniment. Prin intermediul lor ne parvin informații referitoare la perspectiva proprie a celor interogați, modul cum se raportează ei la problematica în cauză. În justiția medievală investigația se bazează pe aceste mărturii orale pentru a decide cât mai corect posibil de partea cui se află dreptatea. În lipsa altor probe, scrise sau nu, singurele dovezi valide proveneau tocmai de la cei care, într-un fel sau altul, au interacționat cu protagoniștii ori cu evenimentul supus

cercetării. Revenind la documentul de față, acesta a înregistrat depozițiile martorilor în legătură cu conflictul de proprietate dintre familiile Fodor și Vaida. Ascultările ceva mai târzii sunt în anumite cazuri mai detaliate, înregistrează vârsta martorilor, ceea ce nu e cazul aici. Chiar și așa, prin bogăția informațiilor, documentul de față reprezintă o sursă de primă importanță pentru istoria medievală și modernă timpurie a Banatului.

Disputa dintre nobilii Fodor și Vaida este destul de bine cunoscută în istoriografie. În joc se aflau, așa cum deja am menționat, părți din posesiunile Domașnea și Cornereva. Nu este vorba numai despre cele două sate ci despre întreg teritoriul subsumat respectivelor domenii (munți, păduri, pășuni, ape etc.), fiecare dintre cele două familii reclamând dreptul de proprietate asupra lor. Procesul a început după ce în anul 1535 membrii familiei Vaida au încheiat un acord cu familia More pentru împărțirea mai multor bunuri funciare. Ulterior, parte din posesiunile ce au făcut obiectul înțelegerii au intrat în posesia lui Francisc Fodor, care a cerut să fie pus în stăpânirea lor. Disputa a degenerat în momentul în care familia Vaida, împreună cu oameni înarmați s-a opus introducerii în posesie a familiei Fodor. În final autoritățile centrale ale Principatului au dat câștig de cauză familiei Fodor, care a reușit să intre în posesia satelor respective, fără ca acest lucru

* Această lucrare a beneficiat de suportul financiar oferit de grantul PN II-ID-PCE-2012-4-0579 *Între public și privat. Practici ale scrisului în Transilvania (sec. XIII–XVII)*, director dr. Susana Andea.

** Muzeul Banatului Montan, Bd. Republicii, nr. 10, Reșița, email: adimagina@gmail.com

*** Muzeul Banatului Montan, Bd. Republicii, nr. 10, Reșița, email: liviamagina@yahoo.com

să elimine definitiv din rândul proprietarilor pe membrii familiei Vaida¹.

Actul de față face parte așadar din seria de mărturii în cadrul procesului pentru cele două posesiuni. Prin intermediul său avem posibilitatea de a reconstitui nu numai un moment dat ci o întreagă epocă, căci pe parcursul ascultărilor sunt aduse în prim plan evenimente petrecute cu zeci de ani în urmă, la începutul secolului. Audierea martorilor s-a făcut la cererea regelui Ioan Szapolyai, adresată capitlului bisericii din Arad. Unul dintre membrii capitlului, respectiv magistrul Luca de Sătmar, împreună cu oamenii regelui, Ioan Barla și Mathia Machoy de Caransebeș, s-au deplasat la Domașnia unde vreme de trei zile (2, 3 și 4 septembrie) au ascultat depozițiile celor aduși ca martori. Primii ascultați au fost martorii familiei Fodor, în număr de 25, apoi fiind înregistrate mărturiile celor 57 de persoane aduse de familia Vaida. Ascultarea de martori în teren, chiar la locul faptei, este o formă cunoscută de primă informare a justiției, ca prim pas procedural. Trebuie spus că reprezentanții comitatului, respectiv juzii nobililor în al cărui areal de competență se afla localitatea, împreună cu juzii asesori, uneori și cu un reprezentant al stăpânului domeniului, de obicei judele domenal, ori, în cazul orașelor, judele primar împreună cu jurații, sunt oficialii în fața cărora se depunea mărturia. Localnicii convocați de autorități trebuiau să răspundă la întrebările anchetei: după cum au văzut, auzit, cunoscut ori, poate, doar au bănuțit.

Făcând o paralelă cu sistemul judiciar contemporan, suntem de acord că acesta, la fel ca și cel medieval sau premodern, se bazează parțial pe mărturia orală. Pe când procesul juridic al altor epoci s-a bazat exclusiv pe oralitate, cel contemporan beneficiază și de martori obiectivi: sistemele video și audio. Desigur, apelul la memoria umană este cu atât mai vizibil cu cât înaintăm în trecut. Așa cum remarca Marc Bloch memoria umană este alunecoasă, curgătoare, poate elimina, transforma, îmbunătăți realitatea. Fără a fi transpusă în scris, memoria adaugă la erorile datorate trecerii timpului și erorile datorate înțelegerii greșite a cuvintelor și a experiențelor². De aceea, informațiile provenite din ascultări redau, de multe ori, un adevăr distorsionat, care doar într-o anumită măsură poate corespunde faptelor reale.

Caracteristică a civilizației, scrisul a fost precedat de capacitatea de a citi și acesta la rândul său de transmiterea pe cale orală a informației. Documentele administrative și juridice conțin, prin modul lor de colectare a evenimentelor, urme ale importanței și valorii oralității într-o societate preponderent neștiutoare de carte. Formularistica uzuală de menționare a mărturiilor celor interogați, stilul relativ liber și expunerea directă transformă actele cu caracter juridic în adevărate povești ale vieții martorilor. În esență, într-o lume în care scrisul este recunoscut ca valoare juridică, mărturia orală rămâne la fel de importantă.

Trebuie avut vedere în acest sens, în paralel cu modalitatea de întocmire a documentelor în cadrul diverselor procese, și capacitatea intelectuală a martorilor. Astfel, memoria verbală, o valoare majoră mai ales în societățile axate pe oralitate, trebuie să fi fost exersată prin repetiție ori prin formule tip. Înainte de folosirea scrisului, valoarea tranzacțiilor sau desfășurarea evenimentelor s-a constatat datorită practicii mărturiilor diverselor persoane. Memoria documentului scris a fost pentru multă vreme considerată însă o memorie artificială, în comparație cu memoria demonstrată prin viu grai, de către o persoană respectabilă, destul de în vârstă încât să fi fost chiar contemporană cu evenimentele la care se face referire³.

În funcție de distanța temporală față de evenimentul respectiv, cei mai în vârstă dintre martori aveau, deci, cea mai mare credibilitate. Pe de altă parte, se pot identifica mai multe faze ale mărturiei, exprimate prin apelul la simțuri: cel mai aproape de eveniment este martorul ocular, el *a văzut (vidisse oculi sui)* și *a auzit*; mai îndepărtat este martorul care doar *a auzit (ut audivi)*; cel mai distanțat de nucleul de adevăr al evenimentului este martorul care declară că a auzit de la alții sau cel care își amintește (*recordaret*).

În toate aceste cazuri, desigur, istoricul, la fel ca și judecătorul, nu stabilește valoarea adevărului situației, ci adevărul parțial, personal, văzut ori auzit. Un aspect important al ascultărilor pare să fi fost dat de capacitatea de a aduce martori bine informați și, bineînțeles, mai bine plasați în ierarhia socială a zonei. În cazul de față familia Fodor, deși a venit cu mai puțini martori, a reușit ca mai mult de jumătate dintre ei să fie nobili, printre cei citați numărându-se inclusiv judele nobililor din

¹ Fazele procesului la D.L. Țigău, Familia nobililor Vaida în secolele XVI–XVII. *Analele Banatului*. S.N., Arheologie-Istorie, XVI (2008), 205; Idem, Familia nobililor Fodor în secolele XVI–XVII. *Banatica*, 19 (2009), 83–84.

² M. Bloch, *Societatea feudală*, I, Cluj-Napoca (1996), 132.

³ Într-un alt registru de interpretare a informațiilor din ascultările de martori, respectiv modul de percepere a timpului, și implicațiile asupra memoriei colective a se vedea Radu Ardelean, Oamenii din Banat și timpul (sec. XIV–XVII). *Banatica*, 18 (2008), 223–267.

districtul (comitatul) Caransebeșului. De cealaltă parte martorii au fost mult mai numeroși, dar din punct de vedere social marea lor majoritate au făcut parte din rândul locuitorilor urbani ori a categoriei iobăgești (iobași ai nobililor ori iobași regali). Examinarea depozițiilor lasă să se înțeleagă că situația celor două posesiuni în dispută nu era deloc simplă, așa cum ar putea părea la prima vedere, în conflict fiind implicate și alte interese. Din mărturia reiese că posesiunile disputate aparținuseră inițial altor proprietari, respectiv familiilor More, Olah, Moise și castelanului de Severin. Foarte mulți dintre martori nu își amintesc exact situația ci declară după cum știu sau după cum au auzit de la diverse alte persoane. Din anumite relații pare că Ștefan Vayda, tatăl fraților implicați în conflict, ar fi venit din altă parte și s-ar fi stabilit în zonă. Expresia de indigenat, pe care unul din martori o folosește atunci când se referă la Vayda, poate indica faptul că prin cumpărarea celor două sate familia s-a așezat definitiv în rândul proprietarilor din zonă, s-a împământenit. Este foarte greu de găsit un reper temporal pentru această acțiune, ideea care răzbate este că la începutul secolului al XVI-lea, în timpuri de conflict (probabil fiind vorba despre revolta din 1514), Ștefan Vayda era deja prezent în zonă. Cât de legal a intrat voievodul în stăpânirea acelor domenii e imposibil de știut, căci unii martori vorbesc de cumpărare iar alții despre ocuparea acelor posesiuni. Interesant este că după a a intrat în stăpânirea părților de proprietate respective, Ștefan Vayda a permis românilor (*Volachi*) să-și pască turmele acolo. Cel mai probabil că martorul (Dragul Turbure, aproape sigur român după nume) face referire la românii din Țara Românească, eventual la păstoritul pendulatoriu practicat pe versanții Carpaților. Posibila legătură a familiei Vayda cu mediul românesc extracarpatic poate indica, la fel ca și numele, originea etnică dar și direcția din care tatăl celor trei frați implicați în conflict a venit în Banat. Deși doar ipotetică, situația nu ar fi ieșită din comun la nivelul provinciei de la sud de Mureș, unde cel puțin alte două familii nobiliare par să-și fi avut originea în teritoriile românești extracarpatic⁴. Nu este exclus totuși ca Ștefan să fi fost un voievod din Banatul de câmpie sau Transilvania refugiat în zona montană. Prezența românilor și a turmelor lor a iscat un conflict între familia Vayda și ceilalți proprietari din zonă, Mihail castelanul (Porkolab) și Ioan Floka, care au reacționat cu violență, cazul fiind aplanat în justiție. Conflictul din 1539 pare

⁴ Vezi în acest sens Livia Magina, *La famille Danfy de Duboz. Banatica*, 20/2 (2010), 22–23.

să îl prelungească pe cel inițial căci, după cum ne prezintă un alt martor, în posesiunile în litigiu castelanul era frate copârtaș cu familia Fodor. De altfel, una din persoanele investigate își amintea că pe vremea când ea era doar o copilă (de bănuț că e vorba de finalul secolului al XV-lea sau începutul celui următor), bunicul lui Francisc Fodor a ridicat un castel lângă Timișul Mic unde ea s-a și refugiat cu ocazia unui atac turcesc, semn că familia făcea parte dintre proprietarii de tradiție în districtul Caransebeșului⁵.

Insistențele familiei Vayda vizavi de Domașnea și Cornereva, au fost probabil alimentate și de faptul că Francisc Fodor a stat pentru o vreme în Ungaria. Nicăieri nu reiese scopul stabilirii sale temporare acolo sau spațiul geografic implicat de această deplasare. Pare mai degrabă să fi fost vorba despre o slujbă, posibil militară, cu ocazia tumultului țărănesc. La revenire Francisc și-a reluat activitățile obișnuite, incluzând aici strângerea dijmelor și a taxelor datorate de iobași, multe din mărturia fiind de acord că aspectul respectiv reprezenta un atribut al proprietății, din această postură fiind alungat de membrii familiei Vayda, fapt ce a declanșat conflictul antemenționat.

În esență documentul de față surprinde complicatele relații de proprietate din arealul înalt al Banatului și modul în care aceste relații au afectat un anume spațiu, fiind în ultimă instanță o mostră de relaționare și interacțiune interumană, așa cum transpare ea în ochii celor care, într-o anumită formă, au auzit sau au cunoscut evenimentul.

I

1539, 10 octombrie

Magyar Nemzeti Levéltár Országos Levéltára, R 287 Solyom Fekete Ferenc-gyűjtemény maradványa, 1539, original, hârtie pătată de apă și ruptă, pe verso urme ale pecetii de închidere.

Ascultarea de martori în procesul dintre nobilul Francisc Fodor și nobilii George, Grigore, Nicolae și Simon Wayda, în privința drepturilor de stăpânire asupra moșiilor Domașnea și Cornereva.

Serenissimo principi et domino domino Ioanni Dei gratia regi Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc., domino ipsorum naturali, gratiosissimo capitulum ecclesiae Orodensis orationum s[uffra]gia¹ devotarum perpetua cum fidelitate vestra noverit serenitas, nos literas eiusdem adiudicatorias modum et formam cuiusdam attestationis et communis inquisitionis in se denotantes Bude feria quarta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martiris proxime preteritum, in papiro clause confectas,

⁵ Se pare că la origine nobilii Fodor se trag din arealul Lugojului. D. L. Țigău, *Familia nobililor Fodor*, 78.

pro parte nobili Francisci Fodor de Welkfalwa contra nobiles Georgium, Gregorium, Nicolaum et Symonem Wayda de Karansebes super quadam attestazione et communi inquisitione secundo die festi beati Egidii abbatis proxime preteritum et aliis duobus diebus immediate sequentibus, in facie possessionis Damasnya per vestrum et nostrum homines modo infrascripto fienda emmanatas, nobisque perceptorie loquentes et directas summam reverentia recepissem, iuxta quarum continentias unacum nobilibus Ioanne Barla et Mathie Machoy de Karansebes in dictis literis eiusdem inter alios nominatim conscriptos specificato ac ad eaque in eisdem continentur de curia vestra regia specialiter transmissis, unum ex nobis, videlicet honorabilem magistrum Lucam de Zathmar, socium et concanonicum nostrum, nostro pro testimonio fidedignum duxeramus destinandum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt in hunc modum, quomodo ipsi secundo die festi beati Egidii abbatis noviter transacti cum aliis duobus diebus immediate sequentibus, ad faciem possessionis Damasnya vocate ubi videlicet prefate partes ip(...)² et communem inquisitionem fieri voluissent, ibique eodem die vicinis et commetaneis tandemque nobilibus et ignobilibus, quos reperiri potuissent, insimul et in unum locum sub onere sedecim marcharum gravis ponderis legitime convocatis et congregatis accessissent, et primo ab eisdem vicinis et commetaneis tandemque nobilibus et ignobilibus ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vestre serenitatis et sacre corone vestre observandam tacte dominice Crucis signo per (...)² odio, favore, amore timore preceque et premio partium postergatis absque scrupulo cuiuslibet falsitatis solum Deum et eius iustitiam pre oculis ferendo (...)² predictis semotis huic procul ab(...)² portiones possessionarias in dictis possessionibus Damasnya et Kornyerewa proprium ius ipsius actoris et eosdem superiori tempore dicti in causam attracti ab eodem actore minusiuste et indebite occupaverint (...)² literas et literalia instrumenta factum, ut prefertur, eorundem portionum possessionariarum tangentia et concernentia iidem in causam attracti apud se potentialiter detineant et conservent potentia mediante, prefati similiter in causam attracti super eo utrum prescripte portiones possessionarie quas videlicet dictus actor in prescripta actione et acquisitione suas fore denotasset, non ipsius sed eorundem in causam attractorum sit, easque tempore in prescripto iidem in causam attracti ab eodem actore potentialiter nunc occupaverint, sed tam tempore in eodem quam etiam ante idem tempus in dominio earundem perstiterint et easdem possederint nuncquoque pacifice possideant nec ne, more communis inquisitionis diligenter investigando interogassent ac requisitos habuissent, qui quidem vicini et commetanei nobilesque et ignobiles modo et ordine per omnia infrascriptis fassi et attestati extitissent, nomina testium per actorem producti. Primus itaque testis nobilis Benedictus Zlathnay de eadem Zlathna, convicinus de comitatu Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum quodam tempore de possessione Damasnya unacum ceteris hominibus commearet, interim sibi quoddam celarium ostendissent et dixissent, quod illud celarium esset Fodoris sed quisnam fuisse ille Fodor ignorare addidisset, etiam idem testis quod cum simul

quodam tempore ipse unacum Ioanne Floka, Georgio Vayda ac Francisco Fodor in domo ipse dicti Ioannis Floka pariter fuissent constituti, idem Ioannes Floka prenominatum Franciscum Fodor et Georgium Vayda sollicitasset, ut puri voluntate ad possessionem Damasnya transirent, eo quod in eadem malefactores essent, qui eandem possessionem depredare vellent, quodque certitudinaliter sciret, ut Franciscus Fodor aliquam portionem in possessione Damasnya possedisset. Secundus testis videlicet nobilis Michael Lada de Thoromalya, convicinus de comitatu Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum quodam tempore in civitate Sebesiensi ipse unacum Francisco Fodor ac aliis nonnullis hominibus in domo Ioannis Olah fuissent constituti audisset Ioanni Olah dicendi, quod post Franciscum Fodor possideret possessiones Damasnya et Kornyerowa, quodque etiam audisset de ore iobagionis patris dicti Francisci Fodor, ut habuisset portionem in possessionibus Damasnya et Kornyerowa. Preterea sciret, quod Ioannem Olah officialem per Franciscum Fodor in dictis possessionibus pro tempore constitutum ipsi Waywode de eisdem possessionibus expulissent, pro quo facto idem Franciscus Fodor unacum prefatis Waywodys sepius in sede nobilitari causidicatus fuisse ac nobilibus querulatus. Tertius testis nobilis Georgius Thar, iudex nobilium comitatus Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum prioribus temporibus unacum Michaele castellano habuissent pertinentias Zewrinum, extunc nunc per possessione Damasnya, nunc vero per viam Orsowa profecti fuissent, ac idem Michael castellanus servitores ad nos interim misisset in possessione Damasnya, ut ex eadem sibi victualia afferrent, quodque hec verba idem dixisset, ut scirem dominum Waywodam propter illam possessionem indigenasse, sed ipse non haberet alterum fautorem preter Franciscum Fodor. Preterea, quod veraciter sciret, ut Franciscus Fodor portionem suam possessionariam in predicta possessione habitam Ioanni Olah modo officialiter possidendam commisisset. Quartus testis nobilis Balthasar Bycheredy de comitatu Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisse, audisse a nobili Ladislao Rakowychay, quod Ioannes Olah ac alter Ioannes Floka preallegatas portiones possessionarias post Franciscum Fodor possedissent. Quintus testis Michael Thornyay, commetaneus de comitatu Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod quodam tempore Ioannes Olah venisset ad possessionem suam Lankawycha dictam, ut unacum Ioanne Olah ipse venisset ad possessionem Damasnya ac ibidem de medio incolarum fruges et siligines ad rationem Francisci Fodor exegissent, quodque dixisset, ut dictas possessiones post Franciscum Fodor possideret. Sextus testis nobilis Martinus Lwka de Lwgas, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum quodam tempore ad domum Ioannis Cherbyche ad convictum fuisset invitatum, ubi et Ioannes More unacum Francisco Fodor affuissent, interim Ioannes More unacum Francisco Fodor hec verba dixisset, domine inquit Francisce, illam portionem meam in Damasnya existentem ex quo inter ceteros te magis concernit velit ad te redimendam, ex quo de remotis partibus difficile esset ad eandem curam genere, ac Franciscus Fodor retulisset, quod ex quo ipsum magis quam alios concerneret, nulli alteri venderet, sed in

promptis pecuniis ad se redimere non valeret, verum unacum rebus argenteis et pecudibus ipsum contentaret et sic idem eidem consensisset altero vero tempore, predictus Ioannes More eidem prenarrato Martino Lwka quandam frameam de argento ostendisset et dixisset, domine Martine, hec est possessio mea portionaria in possessione Damasnya, super hanc frameam Waywodis vendidi. Septimus testis nobilis Franciscus Gwlya, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod cum quodam tempore fuisset in oppido Themeswar constitutus, Ioannes More Franciscum Fodor obiasset sibi que dixisset ut sine scitu suo domum non abiret, ex quo Ioannes Floka pro eum litteras mitteret, ut possessionem suam portionariam in Damasnya habitam idem Ioannem Floka in persona sua possideret, quodque interim idem testis venisset ad possessionem Thynkowa et ibidem predictus Ioannes More sibi ostendisset quandam frameam ac dixisset, ut ipse portionem suam possessionariam in Damasnya existentem super eandem frameam vendidisset, allegasset etiam prefatus testis, quod memoratus Franciscus Fodor nobilibus in comitatu exparte cuiusdam possessionis sepius improperasset, sed nescir et que fuisset illa possessio. Octavus testis nobilis Mathias Chykna, iuratus et examinatus fassus fuisset, audisse quod Franciscus Fodor in sede nobilium comitatus Karansebes iisdem nobilibus ratione cuiusdam possessionis a se occupatis sepius improperasset, ignorasset tamen que fuisset illa possessio, id tamen scire idem testis asservisset, quod Ioannes More portionem suam, quam Ioannes Floka postremum officialiter possedisset, eandem portionem Waywodis vendidisset. Nonus testis nobilis Stephanus Lada de Thoromalya de comitatu Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisset, ab aliis audisse, quod portionem possessionariam in possessione Damasnya existentem Ioannes Olah post Franciscum Fodor possedisset. Decimus et undecimus testes, videlicet Nicolaus Gala et Petrus similiter Gala, nobiles de Hamaragya, pariformiter fassi fuissent, nil aliud scire preterquam, quod Franciscus Fodor in sede nobilium comitatus preallegati iisdem nobilibus fuisset querulatus, ut Waywode ipsum de possessione Damasnya expulissent. Duodecimus testis nobilis Nicolaus Rwskey commetaneus, iuratus et examinatus fassus fuisset, scire a pueritia, quod certis temporibus possessionem Kornyerowa Michael Porkolab et Ioannes Floka possedisset, sed possessio Damasnya tunc fuisset deserta, ceterum ut Ioannes Olah portionem Francisci Fodor in predicta possessione habitam officialiter possedisset, ac idem Ioannes Olah decimas de eadem possessione ad rationem Francisci Fodor exegisset. Tredecimus testis nobilis Ladislaus Floka de Karansebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod cum quodam tempore coloni de possessionibus Somffa et Mehadyka in territorio Damasnya perarasset, decimasolvere nollent, idem testis unacum Francisco Fodor pariter ad territorium predictae possessionis profecti fuissent, ex eo quod Franciscus Fodor dixisset portionem se habere in possessione Damasnya decimas extorsissent, Georgius Waywoda interim adveniando et hoc intelligendo, quod Franciscus Fodor affuissent et possessionarias decimasset dixisset, ut eidem Francisco Fodor debeant dicare et deinceps nequaquam audet inibi vinire alioquin male sibi contingeret, si quid

vero iuris et iustitiae in eadem haberet, ex tum ordine iuris per queretur allegasset, etiam quod eadem possessio tunc fuisset deserta, ceterum quod pater suus carnalis, Ioannes Floka dicitur, unacum Waywodis ea[ndem]¹ possessionem resedere fecisset, post idem tempus Franciscus Moyzes et Franciscus Fodor advenissent ac quasdam fruges divisissent, Franciscus Moyzes portionem suam vendidisset Michaeli castellano et Franciscus Fodor pro se rehabuisset, sed Waywode ab eisdem potentia mediante recepissent. Decimus quartus testis nobilis (...) ² relicta condam Ioannis Therewk de Zwpan, iurata et examinata fassa fuisset, scire veraciter, quod Michael Fodor, avus Francisci Fodor, castellum erexisset prope Kys Themes et ipsa tunc puella existens dum fama Thurcarum audita fuisset, tunc in illud castellum confugissent, quodque eadem audisset ab avo predicti Francisci Fodor videlicet Michaelae Fodor, ut sepius dixisset, quod haberet quandam servitorem suum sed sciret unacum incolis eiusdem possessionis periisse. Preterea, quod pater Francisci Fodor videlicet Ioannes Fodor partes decimales et fruges de possessionibus importasset sed ignoraret que fuisset possessiones, asservissetque se tunc puellam fuisse et dictum patrem Francisci Fodor in pacifico dominio eiusdem possessionis fuisse et possedisset, similiter etiam Franciscus Fodor possedisset et solummodo isto anno audisset, ut eundem Franciscum Fodor de eadem possessione minusiuste ac potentia mediante Waywode expulisset. Decimus quintus testis circumspetus Michael Stoya de Lewrinche, iobagio Gregorii I[itera]ti¹ de comitatu Sebesiensi, iuratus et examinatus fassus fuisset, veraciter quod pater predicti Francisci Fodor semper possedisset dictas possessiones Damasnya et Kornyerowa, quodque castellanum in eisdem habuisset nomine (...) ² dictum de Welkfalwa, post mortem patris sui nesciret quis possedisset, ex quo Franciscus Fodor mansisset in Hungaria, postquam vero idem Franciscus Fodor domus reversus fuisset, extunc eundem constituisset post se in officialem. Preterea, quod idem Franciscus Fodor prenominatas possessiones per idem tempus voluisset visitare, sed interim fama Thurcorum suborta fuisset, et reversi fuisset prope Kys Themes, quodque etiam idem Franciscus Fodor posthec easdem possessiones possedisset ac decimas frugum, miliorum et porcorum ex eisdem habuisset et percepisse. Decimus sextus testis Ioannes Mykodya dictus, iobagio relicte Ioannis Thewrek, ex quo predo fuerit inhibitus est. Decimus septimus testis providus Trypo Stoya, iobagio Gregorii literati de Nebrenche, iuratus et examinatus fassus fuisset, se [scire]¹ quod quodam tempore Franciscus Fodor ad domum suam oves abegisset, ipseque fuisset nequisitus ubi recepisset, sed retulisset (...) ² de portione sua possessionaria in Damasnya et Kornyerowa hab(...) illas abegisset. Decimus octavus testis providus Zyl(...) ² de Klychowa, iobagio relicte Ioannis Thewrek, iuratus et examinatus fassus fuisset, audisse quod Franciscus Fodor habuisset portionem in possessionibus Damasnya et Kornyerowa et quinque de eisdem possessionibus oves abigi fecisset ac interrogatus retulisset, quod de possessionibus Damasnya et Kornyerowa. Decimus nonus testis Nicolaus Klepchy de Woyneche, iobagio Francisci Dezy, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod Franciscus Fodor ad domum suam oves abigi fecisset et interrogatus

ubi recepisset, retulisset, quod de possessionibus suis Damasnya et Kornyerowa. Vigésimus testis Nicolaus Belos de Welkfalwa, iobagio Francisci Dezy, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod ipse habuisset quendam fratrem nomine Fracilia vocatum, qui fuisse famulus Francisci Fodor et sepius oves ad domum suam in Welkfalwa habitam compulissent, ipsumque interrogasset sepius, unde oves ac caseum apportassent, idemque retulisset quod de possessionibus domini sui Francisci Fodor videlicet Damasnya et Kornyerowa. Vigésimus primus testis Michael Perzan, vigésimus secundus Wladyn, vigésimus tertius Yakwl, iobagiones Gaspari Oztrovy, hiis enim testibus per Waywodas contradictum esse dicitur, eoque iidem Waywode ipsos faterentur fore iobagiones Francisci Fodor, sed iidem testes cum firmissimo iuramento fuissent confessi non esse iobagiones Francisci Fodor sed Gaspari Oztrovy, quoque etiam testibus approbarent. Vigésimus quartus testis Paulus Raza de Fenes, iobagio Francisci Bakoch, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod ipse quodam tempore fuisse iobagio Francisci Fodor in possessione Kornyerowa, similiter et iudex eiusdem, et idem testis asservisset eundem Franciscum Fodor possedisse et in pacifico dominio semper perstitisse in eisdem possessionibus videlicet Damasnya et Kornyerowa et Waywode potentia mediante eundem de eiusdem possessionibus expulissent. Idem vigésimus quintus testem videlicet nobilem Martinum (...)² specialem videlicet et capit(...)² testimonium predicti Waywode a testificatione inhibuissent propter quod (...)² ipsorum, idem testis unacum (...)² ipsorum causidicatus fuisse (...)² nunc nil cause inter ipsos haberetur.

Nomina testium per Waywodas tanquam [in causam]¹ attractos productorum, quod (...)² itaque testis nobi[lis]¹ (...)² de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire quod Stephanus [Wayw]oda¹ pater modernorum (...)² [Wayw]odarum¹ prenominate [possessiones Damasnya]¹ et Kornyerowa pretio comparassent in pretium eorundem unum (...)² Thurcalem dedissent et (...)² eiusdem filii (...)² Waywode easdem possessiones possedissent et Franciscus Fodor [non]¹ possedisse. Secundus testis (...)² Franciscus Bar(...)², [iuratus]¹ et examinatus fassus fuisse, scire quod ipsi Waywode possessionem Damasnya consedendi fecissent et portionem Ioannes More pos[sedissent]¹ (...)² [Ioannes]¹ Floka officialiter possedisset ac ab (...)² Ioanne More portionem suam moderni Waywode pretio comparassent (...)² alium preter ipsos Waywode ignorare (...)². Tertius testis nobilis Ioannes Zabo commetaneus, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum quodam tempore Ioannes [Floka]¹ in gravi infirmitate iaceret venisset ad domum suam ipsum visitare et dum de eadem domo egredi voluisset, interim Gregorius Wayda sibi obviasset ac eundem iter in domum dicti Ioannis Floka intrare sollicitasset, dumque intrasset Gregorius Wayda ipso presente Ioannem Floka taliter allocutus fuisse, domine inquit Ioannes, video te multum egrotari et usque ad mortem g[rad]ori, rogo ergo te ut dicas mihi, quomodo et cum quo possessiones Damasnya et Kornyerowa possedisti nam tibi constat, quod unacum Francisco Fodor pro eisdem possessionibus in causa summus. Ipse vero respondisset, quod sciret veraciter unacum patre suo possedisse, sed audisset quendam Fodor

nomine, quod et ipse haberet portionem in prenominate possessionibus, quodque Michael castellanus de Zewren, in civitate Sebes sepius fuisse querulatus Stephanus Waywoda easdem possessiones totaliter pro se occupasset, occupatasque teneret, ac sepius mutuo causidicatus fuisse et simul Budam ascendissent. Quartus testis Sebastianus de Karansebes, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum quodam tempore unacum veteri Ladislao Floka super montes possessionum Damasnya et Kornyerowa pariter commearent, dictus Ladislao Floka eidem Sebastiano talimodo allocutus fuisse, vides inquit Sebastiane istud predium desertum et hanc possessionem Kornyerowa conservari, sunt totaliter fratris nostri, at ille, cuius, ipse vero vendidisset Ioanni More. Preterea idem testis asservisset, quod cum similiter quodam tempore fuisse constitutus in domo in domo Stephani Waywode, consors sua eidem ridiculose dixisset, domine ne me deridendum ex quo sim informis, nam Bogoltyr totaliter mea est ac in possessionibus Damasnya et Kornyerowa habeo portionem. Ceterum cum circa festum Penthecostem proxime elapsam unacum adolescente Ladislao Floka idem testis de Pogonych venire habuisset, eundem Ladislao Floka requisivisset si Franciscus Fodor haberet portionem in possessionibus Damasnya et Kornyerowa, ipse vero retulisset quod haberet, sed nunc in causa. Quintus testis Mathias Yazik de Karansebes, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod haberet annum, ut in istis possessionibus hinc inde deambulasset et sciret quod semper easdem possessiones ipsi Waywode possedissent, ipsum vero Franciscum Fodor nunquam novisse asservisset. Sextus testis nobilis Ladislao Plugowycha, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire ab adolescentia, quod predictas possessiones nemo possedisset nisi Waywode Franciscum vero Fodor non novissent, nisi quod audissent eosdem pariter causidicari et huic testi per Franciscum Fodor contradictum fuisse propter sententiam. Septimus testis nobilis Stephanus Wokmyr de Sebes, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire ab adolescentia, quod semper nominatas possessiones Waywode possedisse et Franciscum Fodor non novisset et huic contradictum fuisse. Octavus testis nobilis Nicolaus Ylchyth de Sebes commetaneus, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod a probis viris audisset tempore quoque semper scivisset nominatas possessiones per Waywodas possessas fuisse, ipsosque consedere fecisse. Nonus testis nobilis Michael (...)², iuratus et examinatus fassus fuisse, quod quousque ipse recorderetur, semper nominatas possessiones Waywode possedissent. Decimus testis Georgius Peterffya de Peth, iobagio Nicolai Ylchyth, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod iam novem anni elapsi fuissent ut venisset ad fines possessionis Myhald sed preallegatas possessiones semper Waywode possedissent. Undecimus testis Radislaw Rascianus de Peth, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod iam quinque anni preterissent, ut venisset ad illas provincias, sed semper audisset illas possessiones fuisse Waywodarum. Duodecimus testis Ioannes Palycha de Sebes, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisse, quousque recorderetur semper audisset (...)² Waywodarum fuisse. Tredecimus testis Iacobus (...)² de Sebes, iuratus et

examinatus fassus [fuisset]¹, quousque ipse vixissent semper nominatas possessiones [Damasnya et Kornyerowa]¹ per eosdem possedissee. Decimus quartus testis Ioannes Mwrach de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, scire quod (...) ² vendidisset (...) ² possedissee unacum ipsis causidicis. Decimus quintus testis Ioannes Myche de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset (...) ² unacum Iacobo bano Zewriniensi hinc inde ultra illas possessiones deambulasset, semper audisset per Waywodas possedissee ac per Ioannem Floka et Franciscum Fodor non audisset. Decimus sextus nobilis Michael Margay de eadem Marga, iuratus et examinatus fassus fuisset, [quod ipse]¹ quodam tempore fuisset officialis nominatarum possessionum usque annos quatuor et a nemine possedissee scivisset preter Waywodas ac filium Alexandri nemine Ioannem. Decimus septimus testis Danchwl de Peth, iobagio Nicolai Ywchyth, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod avus ipsius commorasset in Kornyerowa et ab eodem audisset, quod semper Waywode possedissee. Decimus octavus testis Radwl de Peth, iobagio Nicolai Ywchyth, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod quanto tempore ipse sciret, semper Waywode possedissee. Decimus nonus testis Ioannes Yako de Sebes, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisset, neminem alterum easdem possessiones possedissee preter Waywodas et huic contradictum est propter quod sit familiaris ipsius. Vigessimus testis Mathias Korhos de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod quodam die dum Gregorius Wayda de ecclesia exiret, Franciscum Fodor hiis verbis allocutus fuisset quales literas que sibi sonarent, aut Michaeli Fodor ordine iuris approbare posset et quod de illis nationibus sit, extunc illas possessiones sibi remitteret et possideret, quodque bona sua [vac]ua¹ sint quia de parte possessionum nil sciret et nunquam scivisset ubi fuissee. Vigessimus primus testis Petrus Kycho de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod quousque ipse vixisset sciret veraciter, quod easdem possessiones semper Waywode possedissee. Vigessimus secundus testis Dragwl Twrbwle de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod cum adhuc nobilis condam Ladislaus Floka superviveret unacum ipso venisset ad territorium possessionis Kornyerowa ac inibi idem oves decimasset et sibi de eidem quatuor dedisset, ceterum similiter idem Ladislaus Floka (...) ² prenominatas possedissee, Stephanus Waywoda pro se occupasset et Volachi venissent ad eum, ab eodemque licentiasset, quod ipsorum pecora super territorium prenominatarum possessionum pascerent. Preterea per idem tempus Michael Porkolab et Ioannes Floka ad preallegatas possessiones advenissent, ipsasque depredassent, pecoraque multa de eisdem abegissent, hominesque etiam peremissent, pro quo facto Stephanus Waywoda unacum eisdem causidicasset ac ipsos convinci potuisset, sed interim inter se se concordassent et pecora ablata restituissent. Vigessimus tertius testis Ioannes Dank de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, fuisse famulus Ioannis Floka ac illo tempore ipse possedissee, expost vero semper Waywode possedissee. Vigessimus quartus testis Nicolaus Petra, huic contradictum est, ex quo Franciscum Fodor de prenominata possessione expulisset. Vigessimus quintus testis Nicolaus Dyka de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod tempore

disturbii in eisdem possessionibus unacum Stephano Waywoda deambulasset et semper idem ac ceteri Waywode possedissee. Vigessimus sextus testis Ioannes Hastor de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod scitu sciret ut Stephanus Waywoda ipsas possessiones super pecunias emisset ac post concordiam semper filii [eiusdem]¹ possedissee, Franciscum vero Fodor nunquam novisset. Vigessimus septimus testis Georgius Hazwga de Sebes, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod ab antiquo tempore causa venandi ad deserta loca permeasset, et sciret [et etiam]¹ audisset illas possessiones fore [Way]wode¹ et nunquam Francisci Fodor fuisse audisset. Vigessimus octavus testis Georgius Bachyn de [Sebe]s¹, iuratus et examinatus fassus fuisset, a spatio triginta annorum, quod nunquam Franciscus Fodor illas possessiones possedissee, sed semper Waywode possedissee ac (...) ² Ioannes Floka oves decimales [abegi]ssent¹. Vigessimus nonus testis Peyka Cokay de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, (...) ² tempore ipse scire semperque [audi]ssent¹ nominatas possessiones Waywode fore et unacum Ioanne Floka possedissee. Tricesimus testis M(...)longh² de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisset, scire veraciter, quod nominatas possessiones Waywode super pecunias emissent (...) ² unacum Ioanne Floka semper ipsi possedissee. Tricesimus primus testis Nicolaus Dragozlao de Jablanycha, iobagio Georgii Gywrma, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod quamdiu ipse recordaretur semper has possessiones Waywode unacum Ioanne Floka possedissee. Tricesimus secundus testis nobilis Albwl de Hattar, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod forent quinquaginta anni ut oves territorium prenominatarum possessionum depascere fecissent et semper decimas de eisdem Waywode unacum Ladislaio Floka percepissent, de aliis vero nihil sciret, nisi quod Franciscum Fodor non novisset. Tricesimus tertius testis Iowan de Myhald, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisset, Franciscum Fodor non novisse, attamen sciret Michaellem porkolab de Zewrin ac Stephanum Waywodam et Ioannem Floka possedissee et Michaellem Porkolab ex parte earundem possessionum unacum Waywoda causidicasse. Tricesimus quartus testis Iowan Belowyge de Myhald, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod ipse natus fuisset in Myhald et semper scivisset illas possessiones per Michaellem Porkolab ac Ioannem Floka possedissee, posthec Waywoda venisset et in eisdem possessionibus quendam hominem depredasset, interim Michael Porkolab unacum Ioanne Floka advenissent ac de novo similiter depredassent et hominem interfecissent. Et nunquam sciret Franciscum Fodor possedissee, sed semper Waywode possedissee. Ioannes vero Floka quam portionem possedissee a Ioanne More Waywode emissent. Tricesimus quintus testis Lupsit Stoyan de Myhald, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisset, audise ab avo suo, ut semper nominatas possessiones Waywode possedissee. Tricesimus sextus testis Newcha, filius Dobronye de Myhald, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisset, quod quanto tempore ipse natus fuisset, neminem scivisset nominatas possessiones possedissee, nisi Waywodas ac Ioannem Floka, attamen audisset a patre, quod etiam Michael Porkolab possedissee, sed Franciscum Fodor

nesciret. Tricesimus septimus testis Bwkor Stanchwl de Myhald, iobagio regie maiestatis, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod ipse in possessione Kornyerowa oves pavisset, attamen nunquam audisset Franciscum Fodor illas possessiones possedisse, sed Ioanem Floka ac Waywodas. Tricesimus octavus testis Radwl Yowanffy de Myhald, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire ut a pueritia prenominatas possessiones Ioannes Floka ac Waywode possedissent. Tricesimus nonus testis Radwl Ywlonith de predicta Myhald, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod Waywode et Ioannes Floka prenominatas possessiones possedissent. Quadragesimus testis Gregorius Prezaka de Karansebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod cum quodam tempore fuisse parvulus Nicolai de Gelyste et in illis possessionibus sepius deambulasset, sciret, quod semper Michael Porkolab unacum Ioanne Floka possedissent et Waywodas illo tempore nesciret se possedissent an non, ex quo servivisset in Hungaria, ceterum quod illo tempore Franciscus Fodor venisset ad Sebes ac Michaeli Porkolab dixisset, quod et ipse in eisdem possessionibus portionem haberet et idem Michael Porkolab eidem fuisse minatus, ut ipse non auderet venire ad illas possessiones, neque caput suum (...) ² et quod non ipse esset frater suus, Fodor dictus, et quod etiam non ex illis esset, qui sibi essent fratres in illis possessionibus. Preterea, quod idem Michael Porkolab unacum Stephano Waywoda pro eisdem pro eisdem possessionibus sepius dimicassent ³, eoque Waywoda decimasset et dictus Michael Porkolab in vindictam Waywode easdem possessiones depredasset (...) ² tempore nescivisset, quod Franciscus Fodor possedisset. Quadragesimus primus testis Michael Sebessy de Karansebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire semper Waywodas unacum Ioanne Floka easdem possessiones possedisse, sed nesciret Ioannem Floka post quem possedisset. Quadragesimus secundus testis nobilis Ioannes Toth de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire semper Waywodas cum Ioanne Floka possedisse, et huic contradictum fuisse, ex quo fuerit in una divisione in illis possessionibus. Quadragesimus tertius testis Paulus Deoly de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod in illis possessionibus unacum Stephano Waywoda sepius deambulasset, et neminem scire ipsos possessiones possedisse, preter Waywodas, Michaellem Porkolab et Ioannem Floka, ac Michael Porkolab et Waywoda alterutrum pepulissent, ac Waywoda dixisset Michaeli Porkolab, quod nullam portionem haberet in dicti possessionibus. Quadragesimus quartus testis Ioannes Hwnyady de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, nil aliud scire preter id quod semper Waywodas prenominatas possessiones possedissent, Franciscum vero Fodor non novisset et literalibus instrumentis prealegati testes nihil scirent. Quadragesimus quintus Ladislaus, famulis Ioannis Zabo de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, semper scire, quod illas possessiones unacum Ioanne Floka Waywode possedissent. Quadragesimus sextus testis Michael Gywrma de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod quanto tempore sciret, semper Waywode possedissent. Quadragesimus septimus testis Ioannes Scroban de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire semper nominatas possessiones per Waywodas possedisse. Quadragesimus octavus testis Michael Mykola, iuratus et

examinatus fassus fuisse, quod tempore disturbii nesciret quis possedisset, sed tempore pacis sciret quod semper Waywode possedissent. Quadragesimus nonus testis Thomas Flore de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire quod semper Waywode possedissent et Ioannes Floka possedit post Ioannem More et quodam tempore etiam portionem [Ioann]is ¹ More Waywode ad se se redemissent. Quinquagesimus testis nobilis Ioannes Bertha de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod (...) ² tempore ipse sciret, semper prenominatas possessiones Waywode unacum Ioanne Floka possedissent. Quinquagesimus primus testis Ioannes Magyar de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod ipse Franciscum Fodor nunquam novisset et neque vidisset nisi in civitate, sed quousque ipse audisset, semper nominatas possessiones Waywode possedissent. Quinquagesimus secundus testis Mathias Mythycha de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod in illis possessionibus sepius deambulasset et semper scivisset et audisset prenominatas possessiones fore Waywodarum. Quadragesimus tertius testis Nicolaus Scordan, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod ipse neminem sciret prenominatas possedisse, nisi Ioannes Floka unacum Waywodis, item quod audisset, ut etiam aliquid Franciscus Fodor possedisset, sed Waywode eundem de eisdem expulissent. Quinquagesimus quartus testis Nicolaus Orbonaz de Sebes, adolescens, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod quanto tempore ipse scit semper Waywode possedissent. Quinquagesimus quintus testis Ioannes Zylagy de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, quod semper Waywode unacum Ioanne Floka possedissent. Quinquagesimus sextus testis Iacobus Bwstha, nobilis de Sebes, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire nominatas possessiones possedisse Waywodas unacum Ioanne Floka. Quinquagesimus [septimus] ¹ testis Ioannes Flore de Sebes, nobilis, iuratus et examinatus fassus fuisse, scire quod Waywode possederunt cum Io[anne Floka preno]minatas ¹ possessiones ac etiam cum Ioanne More causidicati simul, sed nunquam eicere potuissent, nisi portionem suam super p[ecunia]s ¹ ad se redemissent. Cuius quidem attestacionis ac rescite veritatis prenominatarum testium et communis inquisitionis, ut fuit expedienda [ad quintum] ¹ decimum diem diei predictae attestacionis et communis inquisitionis remisit in specie pretactis literis vestre serenitatis adiudicatoriis capite se (...) ostri ² ab extra in margine superiori, ut moris est, consignatas, eidem vestre personali presentie fideliter duximus rescribendum et remittendum. Datum feria sexta proxima post Dionisii Martiris et Sociorum eius, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono.

Pe verso: (...) communi atestationi et communi inquisitioni secundo (...) festi beati Egidii abbatis proxime preteriti et aliis duobus antedictum sequentibus diebus (...) possessionis Damasnya (...) nostrum et vestrum homines modo in intrascripto fiendas (...) series ut fuit expedit ad terminum intranominatum legitime predictum est remissum.

1. Documentul deteriorat, întregiri probabile, după sens.
2. Documentul deteriorat și ilizibil.
3. Deasupra scris altercassent.